



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

4. De numero orationum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

I V X T A Romanum ordinem non nisi vnam orationem ante lectionem dicere deberemus, ut Amalarius in prologis bri sui De officijs se ab ipsis Romanis didicisse fatetur. Hoc vtique & institutio officiorū exigere videtur, ut, sicut ad vnam missam, vnam tantum lectionē & Euangelium legimus, item vnum introitum, imò vnum officium cantamus: nihilominus & vnam orationē dicamus. Sed hoc iam pauci obseruant; imò plures in tantū orationes multiplicant, ut auditores suos sibi ingratos efficiant, & populum dei potius auertant, quād ad sacrificandum illiciant. Hoc autem sapientioribus multū displicet, qui etsi aliquādo antiquam traditionem, alijs morigerando, excedunt; in ipsa tamen sua exceßione modum tenere & aliquam rationem attendere solent. Vnde & in missa, & si non semper, vna tantū oratione sint cōtentī, septenarium tamen numerum in orationibus rarō excedunt: quem vtique numerum, nec dominica oratio excedit, quæ cum solis septem petitionibus omnia corpori, &

Desideratur ille
Amalarij prolo-
gus.

Septenarii nu-
merū raro ora-
tiones excedūt.

& animæ necessaria comprehendit. Hoc autem summopere solēt obseruare, vt in Missa autvnā, aut tres, aut quinque, aut septem orationes dicant. Vnam, propter Romanam traditionē: Tres, quia dominus ante passionem suam ter orasse legitur: Quinque, propter quinquepartitam eius passionem, in cuius commemoratione eadē celebramus officia: Septem, quia & Apostoli septem petitiones dominicæ orationis ad consecrationem eorundem ministeriorum frequentasse leguntur. In natuitate tamen Domini ad Missam in mane Romani orationem de sancta Anastasia adjiciūt: quia stationem in ecclesia eiusdem martyris ad eandem Missam agunt. Et nos quoque illos in illa adiectione imitamur, licet non eandem adiectionis occasionē habere videamur. Rarissimè quidem diligentiores officiorum obseruatores, alios in orationibus numeros admittunt, nisi & quos nos suprà cōpetenti mysterio insignitos notauiimus.

25 *De Authenticis orationibus,*

CAP. V

ALIAS quoque orationes, nisi anti-
B 3 Vt adprobaret
 sint orationes quas